



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quonam pacto Cyprianus, eos qui ab haeretico errore resipuerint,
lauachro expurgendos, primus statuerat. Cap. III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII HISTORIAE

Quinam illorum aetate episcopi Romani fuerint.

CAP. II.

Cornelio Romanæ ciuitatis episcopatu circiter triennium perfuncto, Lucius succedit; Iste vix octo continuis mensibus illud ministerium obiit, morte extinctus, Stephano cleri tradit rectione. Ad hunc Stephanum, Dionysius primam ex illis epistolis de baptis- mate compositis, scripsit, propterea quod erat id tempo- ris non exigua quæstio & controuersia concitata, vtrum oporteret eos, qui se à quocunque hæresis genere reuo- cassent, lauacro baptismatis repurgare, cum ex consue- tudine ab antiquis ducta temporibus, in eiusmodi homi- nibus in ecclesiam recipiendis, solæ preces cum manuum impositione adhiberi solerent.

Quonam pacto Cyprianus, eos qui ab hæretico errore respue- rint, lauacro expurgendos, primus statuerat.

CAP. III.

Cyprianus Carthaginensis ecclesiæ pastor, primus inter homines eius ætatis, non aliter, quàm per laua- crum baptismatis hæreticos erroris maculis ante ablutos in ecclesiam admittendos existimauit. verum Stephanus nihil noui, aut alieni à traditione ex aposto- lorum temporibus deriuata moliendum arbitratus, hac de re animo vehementer commotus fuit.

Quod de eodem argumento Dionysius epistolas conscripserit, & de pace, quæ post persecutionem subsequuta est.

CAP. IIII.

Dionysius igitur vbi longum sermonem cum Step- hano per literas de hac controuersia contulerit, tan- dem declarat, quo pacto, persecutionis fluctibus se- datis, omnes vbique ecclesiæ, noua ac peruersa Nouati hæresis prauitate repudiata, pacem inter se conciliaissent. Sic enim scribit. Iam scito frater, omnes orientales ec- clesias, quæ antea fuerunt propter errorum peruersita- tem nonnulla dissensione distracta, ad concordiam de- nuo esse reductas: Omnes etiam ecclesiarum præfides, qui vbique locorum sunt, summo animorum consensu con- spirare: